

(ive simulatum) & posuit in lecto, & posuit sub capite ejus
pellem caprarum. (Chaldaeus: כַּבִּירַת דְּעֵינִי i. e. utrem
caprarum; LXX. ἡπαρ τῶν ἀγῶν i. e. epar caprarum,
confundentes כַּבִּיר epar, cum כַּבִּיר pellicis, vel pulvinar ē
pelle.)

17. Genebrardus Comm. in Psal. LXXIII. putat; Genebran-
תַּרְפִּים hic fuisse statuam sacrā; cujusmodi in domo di explica-
sua, quasi Lares & Penates, David habuerit. Quod me- tio Tera-
ritō displicet Francisco Ribera in cap. III. Oseæ num. 21. phim, re-
ubi scribit: Tulit Michal statuam, & posuit eam super le- pudiatā
ctum: ubi pro statua est in Ebraeo Teraphim. Quam autem à Ribero.
statuam posuit? certè non idoli alicujus. Neq; enim idola
erant in domo Davidis. Sed neq; alterius modi statuæ essent
apud Davidem: non imagines Astronomicæ, ut quidam
putant: non imagines factæ, ad suscipiendam virtutem su-
periorum; quod R. Abraham, magis huic loco consentaneum
esse, dixit in Commentariis Gen. XXXI. cap. Qua omnia Ju-
dei detestabantur. Sed fecit Michal, ex variis hinc inde
rebus, statuam homini similem, quales tauris objici solent
in circo; aut in hortis poni ad aves terrendas, vestibus sc. vi-
rilibus, aut paleâ, aut ligno, aut pannis oppletis, & humani
corporis membra simulantibus; aut certè quales tumulis
imponi solent, cùm absentium funera fiunt.

18. Omnium planissimè Abulensis, qui: dicen-
dum, inquit, quod ista statua vel Teraphim, erat aliquod li-
gnum rotundum & longum, vel aliquid alterum, quod pos-
set pannis involutum hominis jacentis effigiem declarare.
Nam non adparebat istud simulacrum, vel Teraphim; sed
opertum erat pannis, & pellicis caprarum erat ad caput. Ideò
sufficiebat, quod esset quodcung; habens magnitudinem;
etiamsi non haberet humanam similitudinem. Dicendum

To stati ex
planatio
Teraphim.